UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

UNIVERSIDAD DE HUELVA

Lotto 195/4

NOV.07

# Inforciati ampliſſimum argumentum.

Notabiliter interpretãtur ferme oẽs rubri. totius Inforciati amplectentes titu. verſus mẽſurati.
Notantur optime variorum interpretum ſingularitates ſubtiliter in margine edite.
Inſeruntur multum probe riteqꝫ exquiſita ſummaria ſane valde magnifica.
Apponuntur mirifice approbationes gloſarum improbationeſqꝫ ſcabroſis titu. recte oportune.
Bona eduntur repertoria triplicia: optimoqꝫ leges diſponuntur ordine.
Recenter excluduntur (materie bene oportune) littere typice.
Plures apoſtille reperiuntur in ſedibus idoneis vere ſituate.
Inueniuntur notabiles ſolutiones oppoſitionum late explicabiles.
Admodum vtiles reperiuntur et optime vtriuſqꝫ iuris concordantie inſignes.
Subſtitutionum arbor nuperrime competenti titulo inſeritur. Fo. cviij.
Induſtrioſi adduntur caſus optimi bononienſis interpretis.




## ¶ Ad lectorem.

¶ Optimarum rerum inuentio ⁊ ſi lenocinijs verborum deſtituta ſit ipſa tamẽ ſui natura ſatis ornatur vt inquit Quintilianus. vij. de orato. inſtitu. facit quod dicit Vlpianus in. l. j. ff. de in integ. reſtitu. Idcirco in preſentiarum paucis conor cuilibet ſacratiſſimis legibus operam nauanti innoteſcere/ ea que huic operi (vltra ceteras impreſſiones) fuere addita hactenus: lȝ latiori epiſtola ⁊ maiori cõmendatione id fieri res poſtularet: immo vix (meo ni fallor iudicio) ſatis extolli poſſet ſi cõſideres lucubrationem correctionemqꝫ fere infinitarum legum ſiniſtre allegatarum: ⁊ gloſarum ſuperfluitatem et inſufficientiam/ aliquando ⁊ tranſpoſitionem non ſolum glo. verum ⁊ tex. Superaddite ſunt nonnulle additiones maxime in locis vbi glo. oppo. ⁊ nõ ſoluit. Itẽqꝫ in titulis difficilioribus ⁊ cõmunioribus approbationes ⁊ reprobationes glo. Singularitateſqꝫ annotauimus Caſus longos dñi Viuiani Bonoñ. I. V. docto. mirum immodum vtiles et cupide legum iuuentuti nõ minus neceſſarios correcte addi curauimus. Arborem ſubſtitutionum (omnẽ pene materiam cumulate ⁊ ſuccincte declarantem) inſeri ⁊ proprio loco iuſſimus. Multa preterea digna proliriori recitatione reperies interlegendũ/ que ſi cõmendare inceſſiſſet voluntas/ oratorius character attentandus eſſet. Vale.

# Inforciati rubrice.

¶ Inforciati rubrice. cv. verſibus. xlvj. annotantur.

Quando coniugio dos eſt repetenda ſoluto.

¶ Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

¶ Terminat hec rubrica vigeſimumquartum librum. ff. veteris.

## ¶ Liber primus.

Impenſas dotis. res amotas dabo prime.
Agnoſco ventrem. ventris quoqꝫ nomine mitto.
Nomine ſi ventris mulier. de concubitus ſit.

¶ De impenſis in rebus dotalibus factis. De actione rerum amotarum. De agnoſcendis vel alendis liberis a parentibus. De ventre inſpiciendo vel partu cuſtodiendo. Si ventris nomine muliere in poſſeſſione miſſa eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur. Si mulier vētris nomine in poſſeſſionem calumnie cauſa eſſe dicatur. De concubinis.

## ¶ Secundi libri rubrice.

Dat tibi tutelas. etiam teſtando ſecunda.
De confirmando. de legitimis dare poſſunt.
Tutores videas hic qui petat. atqꝫ miniſtret.
Autor. ⁊ ex facto. de ſuſpectis ſociabunt.

¶ De tutelis. De teſtamentaria tutela. De cōfirmando tutore vel curatore. De legitimis tutoribus ⁊ curatoribus. De tutoribus vel curatoribus datis ab his qui ius dandi habēt. Qui petant tutores vel curatores ⁊ vbi petantur. De adminiſtratione ⁊ periculo tutorū ⁊ curatorum. De auctoritate ⁊ cōſenſu tutorum vel curatorum. Quando ex facto tutoris: vel curatores minores agere vel cōueniri poſſunt. De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus.

## ¶ Tertij libri rubrice.

Excuſat terna pars. educat. ⁊ rationes.
Utile. pro tutore gerit. falſus quoqꝫ. mandat.
Atqꝫ magiſtratus tenet. ⁊ de rebus eorum.
Jura dari ſuadent curatorem furioſo.

¶ De excuſationibus tutoꝝ ⁊ temporibus earum. Ubi pupillus educari debeat vel morari/ ⁊ de alimentis preſtandis. De tutelis ⁊ rationibus diſtrahendis. De contraria ⁊ vtili actione tutele. De eo qui pro tutore vel curatore negocia geſſit. Quod cū falſo tutore vel actore negocium geſtum eſſe dicetur. De fideiuſſoribus ⁊ mandatoribus tutorum vel curatorum. De magiſtratibus conueniendis vel heredibus eorū. De rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt ſine decreto non alienandis vel ſuſpponēdis. De curatore furioſo vel alijs extra minores dādo.

## ¶ Quarti libri rubrice.

In quarta teſtator. ſed poſthumus. irrita. delet.
Heredes ſtatuo. vulgares ſubſtituendo.
Conditio inſtituit. ⁊ poſt de libero iure.

¶ De teſtamentis et qui teſtamenta facere poſſunt. De liberis ⁊ poſthumis heredibus inſtituēdis vel exheredandis. De iniuſto rupto vel irrito facto teſtamēto. De his que in teſtamento delentur inducūtur ⁊ inſcribuntur. De heredibus inſtituēdis. De vulgari ⁊ pupillari ſubſtitutione. De conditionibus inſtitutionum. De iure deliberandi.

## ¶ Quinti libri rubrice.

Teſtatur miles in quinta. acquirit ⁊ heres.
Monſtrat aperire. quis omittens. ſillanianum.
Si quis teſtari prohibet. ius codicis addat.

¶ De teſtamento militari. De acquirenda vel admittenda hereditate. Quēadmodū teſtamenta aperiantur inſpiciantur ⁊ deſcribātur. Si quis omiſſa cauſa teſtamēti ab inteſtato vel alio modo poſſideat hereditatem. De ſenatuſcōſulto ſillaniano ⁊ claudiano. Si quis aliquē teſtari prohibuerit vel coegerit. De iure codicillorum.

## ¶ Sexti libri rubrica.

Sextus dat primo legata notanda libellus.

¶ De legatis ⁊ fideicommiſſis primo.

## ¶ Septimi libri rubrica.

Septimus inde liber tractat legata ſecundo.

¶ De legatis ⁊ fideicommiſſis ſecundo.

## ¶ Octaui libri rubrica.

Ter quoqꝫ legata notat octauus liber ipſa.

¶ De legatis ⁊ fideicommiſſis tertio.

## ¶ Noni libri rubrice.

Annua nona tenet. vſum fructum quoqꝫ legat.
Seruitus. ⁊ dos hic legantur. ⁊ optio. vinum.
Inſtructus fundus. ſunt ⁊ legata peculi.
Additur his legata rubris penus. atqꝫ ſuppellex.

¶ De annuis ⁊ menſtruis legatis ⁊ fideicōmiſſis. De vſu ⁊ vſufructu ⁊ reddítu ⁊ habitatione ⁊ operis per legatum vel fideicommiſſum relictis. De ſeruitute legata. De dote prelegata. De optione legata. De vino tritico ⁊ oleo legato. De fundo īſtructo vel inſtrumēto legato. De peculio legato. De penu legata. De ſuppellectili legata.

## ¶ Decimi libri rubrice.

In decima parte legas alimenta. vel aurum.
Liberat. ac adimit. dubijs. que nomine pene.
Norma cathonis hꝫ. pro non ſcriptis. quibus aufert.

¶ De alimentis ⁊ cibarijs legatis. De auro ⁊ argēto/ mundo/ ornamentis/ vnguentis/ veſtibus vel veſtimentis ⁊ ſtatutis legatis. De liberatione legata. De adimentis ⁊ trāſferendis legatis. De rebus dubijs. De his que pene nomine relinquuntur. De regula cathoniana. De his que pro non ſcriptis habentur. De his qbus vt indignis hereditates auferuntur.

## ¶ Undecimi libri rubrice.

Conditio vndecima monſtratur. lex quoqꝫ falcans.
Si cui plus fuerit legatum ꝙ licitum ſit.

¶ De conditionibus ⁊ demonſtrationibus ⁊ cauſis ⁊ modis eorū qui in teſtamentis ſcribuntur. Ad legem falcidiam. Si cui plus ꝙ per legē falcidiam licuerit/ legatum eſſe dicatur.

## ¶ Duodecimi libri rubrice.

Eſt trebellius. atqꝫ dies cedit duodena.
Ut pro legatis caueat. legataqꝫ ſeruet.

¶ Ad ſenatuſconſultum trebellianum et pegaſianum. Quando dies legatorū vel fideicōmiſſorum cedit. Ut legatorum ſeu fideicōmiſſorum ſeruandorū cauſa caueatur. Ut in poſſeſſione legatorum vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa eſſe liceat.

## ¶ Tredecimi libri rubrice.

Terna poſt decimam eſt poſſeſſio parte bonorum.
Si tabule extabunt. mutus bona poſſidet infans.
Preteritis contra tabulas poſſeſſio datur.
Legatum preſtans. bona. dotem confero. ventri.
De coniugendis. edictum carbo notauit.
Vult bona poſſeſſor tabulas retinere ſecundum.
Quando parens laxat. ex milite. iura patroni.
Obſequium nati debent preſtare parenti.

¶ De bonoꝝ poſſeſſionibus. Si tabule teſtamenti extabunt. De bonorum poſſeſ. furioſo/ infanti/ muto/ ſurdo/ ceco cōpetenti. De bonorū poſſeſſione ꝯtratabulas. De legatis preſtandis contra tabu. bonorum poſſeſ. petita. De collatione bonorum. De collatione dotis. De ventre in poſſeſſionem mittendo ⁊ curatore eius. De coniungendis cū emancipatis liberis eorum. De carboniano edicto. De bonorum poſſeſſione ſm tabulas. Si quis a parente manumiſſus ſit. De bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis. De iure patronatus. De obſequijs a liberis ⁊ libertis patronis preſtandis.

## ¶ Decimiquarti libri rubrice.

Libertorum ſunt opere. ⁊ bona parte ſuprema.
Urbis libertos aſſignas. fraude patroni.
Si nulle extabunt tabule datur. vndeqꝫ liber.
Legitimus. cognatus. adhuc ſuccedo. graduſqꝫ.
Unde vir ac vxor. miles. non competit omni.
Lex dat. ⁊ ordo. ſuis. addatur tertulianum.

¶ De operis libertorum. De bonis libertorum. De libertis vniuerſitatum. De aſſignandis libertis. Si quid in fraudem patroni factū ſit. Si tabule teſtamenti nulle extabunt. Unde liberi. Unde legitimi. Unde cognati. De ſucceſſorio edicto. De gradibus affinitas ⁊ cognationis ⁊ nominibus eorum. Unde vir ⁊ vxor. De veteranorum ⁊ militū ſucceſſione. Quibus non competit bonorum poſſeſſio. Ut ex legibus ⁊ ſenatuſconſultis bonorum poſſeſſio detur. Quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur. De ſuis ⁊ legitimis heredibus. Ad ſenatuſcōſultum tertulianum ⁊ orficianum.

¶ Expliciunt carmina titulos omnes inforciati ingenioſa ſerie comprehendentia.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

# Tabula rubricarum Inforciati.

¶ Tituli inforciati ſerie alphabetica diſpoſiti: quo facilius hac in arte tyrūculi eos inuenire poſſint.


ACquirenda vel omittenda hereditate. fo.cxxxi. col.i.
Actione rerum amotarum.fo.xvi.col.iij.
Adimendis legatis ⁊ fideicōmiſſis.fo.cclxxxi.col.i.
ad legem falcidiam.fo.cccxij.col.i.
Adminiſtratione ⁊ periculo tutorum.fo.xxxiiij.col.iiij.
Ad ſenatuſcōſullum ſillanianum.fo.clij.col.i.
Ad ſenatuſconſultum trebellianum.fo.cccxxxvij.col.ij.
Ad ſenatuſconſultum tertulianum.fo.ccccxxix. col.iiij.
Alimentis ⁊ cibarijs legatis.fo.cclxij.col.ij.
Annuis ⁊ menſtruis legatis ⁊ fideicōmiſſis.fo.ccxxx.col.iij.
Aſſignandis libertis.fo.ccccxviij.col.iij.
Auctoritate ⁊ conſenſu tutorum.fo.xlviij.col.ij.
Auro ⁊ argento legato.fo.cclxvij.col.ij.
BOnis libertorum.fo.ccccxiij.col.ij.
Bonorum poſſeſſionibus.fo.ccclxxxi.col.i.
Bonorum poſſeſſio.infanti furioſo ⁊c.fo.ccclxxxiij.col.iij.
Bonorum poſſeſſio.contratabulas.fo.ccclxxxiiij.col.i.
Bonorum poſſeſſio.ſcḋm tabulas. fo.cccciiij.col.i.
Bonorum poſſeſſio.ex teſtamento militis.fo.ccccvij.col.i.
CArboniano edicto.fo.cccc.col.ij.
Collatione bonorum.fo.cccxcij.col.iij.
Collatione dotis.fo.cccxcv.col.iiij.
Concubinis.fo.xxiiij.colūna.iij.
Conditionibus et demonſtrationibus.fo.ccxcvi.col.ij.
Conditionibus inſtitutionum.fo.cxx.col.iij.
Confirmando tutore vel curatore.fo.xxix.col.iiij.
Coniungendis cum emancipato liberis.fo.cccxcviij.col.iij.
Contraria ⁊ vtili actione tutele.fo.lxvi.col.ij.
Curatoribus furioſo vel alijs extra minores dandis.folio.lxxiiij. colūna.ij.
DOte prelegata.fo.ccxli.columna.iiij.
EO qui pro tutore vel curatore negocia geſſerit. folio. lxvij. colūna.ij.
Excuſationibus tutorum ⁊ temporibus earum. fo.liij.col.iij.
FIdeiuſſoribus et nominatoribus ⁊ heredibus tutorum.fo.lxix. colūna.iij.
Fundo inſtructo vel inſtrumento legato.fo.ccxlix.col.ij.
GRadibus affinitatis.fo.ccccxxiiij.col.i.
HEredibus inſtituendis.fo.xciij.col.ij.
His que in teſtamento delentur.fo.xcij.col.i.
His que pene nomine relinquuntur.fo.ccxc.col.ij.
His que pro non ſcriptis habentur.fo.ccxci. col.ij.
His quibus vt indignis ⁊c.fo.ccxci.col.iiij.
IMpenſis in rebus dotalibus factis.fo.xv.col.i.
Iniuſto rupto ⁊ irrito teſtamento.fo.lxxxviij.col.ij.
Iure deliberandi.fo.cxxiiij.col.iij.
Iure codicillorum.fo.clvi.col.iiij.
Iure patronatus.fo.ccccvij.col.ij.
LEgitimis tutoribus.fo.xxx.col.iiij.
Legatis ⁊ fideicommiſſis primo.fo.clix.colū.iij.
Legatis ⁊ fideicommiſſis ſecundo.fo.clxxxiiij.col.i.
Legatis ⁊ fideicommiſſis tertio.fo.ccvij. col.i.
Legatis preſtandis ꝯtratabulas.bonoꝝ poſſeſſio.petita.fo.ccclxxxix. colūna.ij.
Liberatione legata.fo.cclxxiiij.col.ij.
Liberis agnoſcendis.fo.xix.col.ij.
Liberis ⁊ poſthumis.fo.lxxix.col.iij.
Libertis vniuerſitatum.fo.ccccxviij.col.iij.
MAgiſtratibus conueniendis.fo.lxx.col.ij.
Militari teſtamento.fo.cxxv.col.iij.
OBſequijs a liberis ⁊ libertis ⁊c.fo.ccccix.col.i.
Operis libertorum.fo.ccccix.col.iiij.
Optione vel electione legata.fo.ccxlv.col.iij.
PEculio legato.fo.cclv.col.iiij.
Penu legata.fo.cclix.col.i.
QUando dies legati cedit.fo.ccclxvij.col.iij.
Quando ex facto tutorum vel curatorum.fo.l.col.iij.
Queadmodum teſtamenta aperiantur.fo.cxlvi.col.i.
Qui petant tutores vel curatores.fo.xxxiiij.col.i.
Quibus non competit bonorum poſſeſſio.fo.ccccxxvij.col.i.
Quis ordo in bo.poſ.ſeruetur.fo.ccccxxvij. col.ij.
Quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicetur.fo.lxviij.col.i.
REbus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt.fo.lxxi.col.iiij.
Rebus dubijs.fo.cclxxxv.col.iiij.
Regula catoniana.fo.ccxc.col.iiij.
Rerum amotarum.fo.xvi.col.iij.
SEnatuſconſulto ſillaniano ⁊c.fo.clij.col.i.
Seruitute legata.fo.ccxl.col.iiij.
Si a parente quis fuerit manumiſſus.fo.ccccvi.col.ij.
Si cui plus ꝙ per legem falcidiam.fo.cccxxxiiij.col.iij.
Si mulier ventris nomine in poſſeſſionem calūnie cauſa eſſe dicetur.folio.xxiij. colūna.iiij.
Si quid in fraudem patroni factum ſit.fo.ccccxix.col.iij.
Si quis omiſſa cauſa teſtamenti.fo.cxlvij.col.ij.
Si quis aliquem teſtari prohibuerit.fo.clvi.col.iij.
Si tabule teſtamenti extabunt.fo.ccclxxxij.col.iij.
Si tabule teſtamenti nulle extabunt.fo.ccccxxi.col.i.
Si ventris nomine muliere.fo.xxij.col.ij.
Soluto matrimonio queadmodum dos petatur. fo.i.col.i.
Succeſſorio edicto.fo.ccccxxij.col.ij.
Suis ⁊ legitimis heredibus.fo.ccccxxviij.col.i.
Suppellectili legata.fo.cclx.col.iij.
Suſpectis tutoribus ⁊ curatoribus.fo.li.col.i.
TEſtamentaria tutela.fo.xxvi.col.iij.
Teſtamentis ⁊ qui teſtamenta facere poſſunt.fo.lxxv.col.iiij.
Tritico vino ⁊ oleo legato.fo.ccxlvij.col.iiij.
Tutelis.fo.xxiiij.col.iiij.
Tutoribus ⁊ curatoribus datis ab his.fo.xxxij.col.ij.
Tutelis ⁊ rationibus diſtrahendis.fo.lxiij.col.i.
VBi pupillus educari vel morari debeat.fo.lxij.col.i.
Ventre inſpiciendo.fo.xxi.col.iiij.
Ventre in poſſeſſionem mittendo.fo.cccxcvi.col.iiij.
Veteranorum ⁊ militum ſucceſſione.fo.ccccxxvij.col.i.
Unde liberi.fo.ccccxxi.colūna.iij.
Unde legitimi.fo.ccccxxij.col.ij.
Unde cognati.fo.ccccxxij.colūna.iij.
Unde vir ⁊ vxor.fo.ccccxxvi.colūna.iiij.
Uſu ⁊ vſufructu legato.fo.ccxxxv.colūna.ij.
Ut ex legibus ⁊ ſenatuſcōſultis bonorum poſſeſſio detur.fo.ccccxxvij. colūna.ij.
Ut legatorum ſeu fideicommiſſoꝝ nomine caueatur.fo.ccclxxiij.col.i.
Ut in poſſeſſione legatorum.fo.ccclxxvi.colūna.iiij.
Uulgari ⁊ pupillari ſubſtitutione.fo.cix.colūna.iij.


¶ Finis tabule rubricarum Inforciati.

¶ Laus deo.

# Imperatoris verba materiam Inforciati exprimentia.

Ceſareis totus quo noſter ſplendeat orbis
Legibus: exuuias hic necis omnis habet.



¶ Ad imperatorem epigrāma.

Belliger inuictis ꝙ mars tibi ſeuit in armis:
Non ſatis eſt ceſar/ ſeuit et ipſa venus.
Proſtratum nemees: et vaſta in valle leonem/
Nobile et herculeum fama canebat opus.
Priſca fides taceat: nam poſt tua munera ceſar
Hec iam feminea vidimus acta manu.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

# Soluto m̄rimonio quemadmodum[a] dos petatur[b]. Titulus.iij.

☞ Dotis cauſa priuilegiata eſt non ſolum propter mulieres/ſed etiā propter fauorē reipublice q vertitur in liberis procreādis. h.d. Barto.et Pau. de caſtro.

Ulpianus. Lex prima.

Dotis[c] cauſa[d] ſemper[e] et vbiqꜫ[f] precipua ✝ eſt. Nam et reipublice[g] intereſt dotes mulieribus conſeruari. Cum dotatas[h] eſſe feminas ad ſobolem[i] procreandam / replēdamqꜫ liberis[k] ciuitatem[l] maxime[m] ſit neceſſarium[n].

☞ Soluto matrimonio debet dos reddi ⁊ ab initio ſoli mulieri promitti/et non alijs ſi marito noceret. Bar.

Ulpianus. Lex.ij.

Soluto[o] matrimonio ✝ ſolui

Continuatio.
✝ Iſta cōtinuatio vſ eē ƀ mēte bar. ⁊ alexā.
# Hoc vex capiendo librū ꝓ ſeparato et diſtincto tractatu: ſz bñ capiēdo librū ꝓ volumie ſm Barto. ⁊ Bal.

SOluto matrimonio quemadmodum dos petatur. ¶Dixit ſ̃.de iure dot.ſcilicet per quos conſtituitur dos: nunc econtra per quos repetatur. Vel ſic. Dixit ✝ ſ̃.titu.j.de matrimonijs dirimendis: nunc eis direptis quemadmoduz dos repetatur. Secundo not. ꝙ hic non eſt caput libri. ‡ nam cum tres tm̃ ſint libri ſingulares ꝓ dotibus: vt.ſ̃.in proemio ffoꝝ.§.alterutri.⁊ conſtat vnū eſſe de ſponſalibus. alium de donatio. inter virum et vxorem. alium de impen.in re.do.fac.ergo hic nō eſt caput libri: vt.C.de vete.iur.enucle.l.ij.§.poſt hos. Tertio quero quare iſte liber nominatur inforciatū: Reſpon. # quia cum rome eſſet ſtudium deſtructuz: et bononie inoleret: eius recupatione facta rauenne cum eſſet amiſſuz ius eſt redditum. forte cum multa adſunt q̃ deerant: et ſic ponitur in/pro valde: vt.j.de liberis ⁊ poſthumis.l.gallus.§.ille. et ſic dictio ius vel digeſtum erit eius ſubſtātiuum. alij dicunt quia fortes leges ſunt in eo: ſed certe ⁊ in veteri. Alij ab inuentore # ſeu auctore vt publiciana ⁊ triticaria.argumen.ſ̃.de origi.iur.l.ij.§.poſtea cum apius.qđ diuinare eſt. Vel potes dicere ꝙ nomia magiſtralia ſunt: ✝ quare de eis non eſt diſputandum: quia relinquitur pertinacibus ſm Tullium. et quia plura ſunt negocia q̃ vocabula: vt.ſ̃.de preſcriptis verbis.l.natura enim. Alij ab inforcias in chaldeo vocabulo quod eſt diſpoſitio: quia vltime diſpoſitiones hic ſunt. Et tractat hoc volumen de tribus. nam complet tractatum dotium. Item tractat de tutelis. Item de teſtamentis et que in eis continentur: ⁊ de his que pertinent ad vltimas voluntates: tam ex teſtamento q̃ ab inteſtato. Item dicūt quidam ‡ ꝙ Ir.non habuit hunc librum quaſi poſt eum inuētum ſit: quod non placet. Quarto ⁊ vltimo dic ſolu.matrimo.ꝛc. quod multis modis fit: ſcilicet ꝙ matrimonium diſſoluatur: vt.ſ̃.titu.j.l.j.⁊ ſemper hic titu.locum habet. # vt.j.de verborum ſignifica.cum querebatur. Item no.ꝙ dicit matrimonio.al's enim vel nulla actio cōpetit ſi ſciens non valere dedit.vel cōdictio ob cauſam locū habet ſi ignorans: vt.C.de condi.ob cau.l.j.

# Et male ſm bar.
# Diſplicet Bar.
✝ Approbat̃ p Bar. alex.⁊ Iaſ.
‡ Et male Bar.
# Et bene Bar.

a ¶ Quēadmodum.i.per quos. # vt.j.eo.l.ij.§.j.⁊ a quibus ⁊ inquantum: vt.j.eo.l.maritum.cum alijs: ⁊ quando.quod conſtat ſolu.matri. vt hic.⁊.j.eo.l.ij.in prin.

# Sequūtur eaz bar. ⁊ bal.

b ¶ Petatur.i.repetatur. ✝ ⁊ ita ſimplex pro cōpoſito.ſic.ſ̃.de pigno. act.petenti.ſic econtra reddere pro dare: vt.j.de leg.ij.cū quidā vxori.⁊ j.de dote prelega.l.j.in prin.

✝ Iſta expoſitio plz bar.et alex. nō eſt tñ neceſſaria ſm Iaſo.

DOtis. Caſus talis eſt. Tractaturus de repetitione dotis iuriſconſul. Ponit primo qualis debeat eſſe cauſa dotis: id eſt actio de dote vſqꜫ illuc: nam et reipubli.ꝛc. Secundo rationem eius ponit vſqꜫ illuc: cum dotatas ꝛc. Tertio ponit rationem rationis vſqꜫ in fi.l. Primū dictum eſt tale. quia cauſa dotis in omni tempore et ante contractum matrimonium et poſt contractum et eo ſoluto eſt et eſſe debet precipua et priuilegiata: et etiam in omni loco: tam in prouincia q̃ in italia. Ratio eſt talis: quia non ſolum mulierum priuatarum intereſt eis dotes ſuas conſeruari/ſed etiam reipubli. Ratio autem rationis eſt illa: quia valde eſt vtile reipubli. ꝙ mulieres rehabeant dotes ſuas vt ſic poſſint nuptias contrahere. et ex nuptijs liberos procreare: et de liberis predictis ciuitates implere.⁊ hoc dicit Uiuianus.

c ¶ Dotis. profecticie vel aduenticie. de quibus dicitur.ſ̃.de iure dot.l. profecticia.⁊ ponuntur hic tria. dictum/ratio dicti/⁊ ratio rationis. ſic ſ̃.de peti.here.ſed ⁊ ſi lege.§.item ſi rem.

d ¶ Cauſa. id eſt actio.⁊ ſic cauſa cauſata: vt.C.per quas pſo.no.acqui. l.j.vel econtra pro cauſa cauſante actionē: ⁊ tunc dic dotis cauſa.i.ipſa dos per eandem.l.prout alio nodo legitur.vel quia ob cauſaz.id eſt ob matrimonium datur.⁊ ſine eo nō eſt: vt.ſ̃.de iure do.l.iij. Vel.i.dotis condictio.i.aptitudo.⁊ ſic comprehendat tam dotem q̃ actionem.nec eſt vis: quia ſi dos eſt priuilegiata ergo ⁊ dotis actio: al's nihil valeret priuilegium: ⁊ ſi actio eſt priuilegiata ergo ⁊ dos: quia propter dotem datur actio. Alij cauſa.i.titulus vel ꝯtractus: vt inſtitu.de leg.§.ſi res. Alij vt.R. id eſt iudicium ſeu inſtantia vt citius forte expediatur. ſic C.de tranſactio.l.cauſas. Alij. id eſt matrimonium. ‡ quod eſt cauſa dotis: quia matrimonium poteſt eſſe ſine dote: non econtra. vt.ſ̃.de iure do.l.iij.

‡ Oēs expoſitiones poſite i iſta glo.ſunt bone ſm bar. p.ale.⁊ iaſ.

e ¶ Semper. id eſt omni tempore. # et omni caſu eorum temporum. nam ante matrimonium et conſtante matrimonio/⁊ eo ſoluto eſt precipua: id eſt ſpecialis.q.d.pre alijs capit multa: vel preter communia aliarum conuentionum capit ſpecialia: ⁊ ſic ponitur precipuum.ſ̃.de offi.procura.ceſa.l.j.§.fina.⁊.ſ̃.fami.herciſcū.ſi filia.§.hoc amplius.⁊.§.percipere.⁊ pone exempla de caſibus primi ⁊ ſecundi ⁊ tertij temporis. Ecce enim ante matrimonium nudo pacto cōſtituitur dos. Itē de bonis patris # promiſſa creditur in dubio: licet al's ex nudo pacto actio non oriatur: et nemo ſuas pecunias iactare credatur: vt.C.de do.promiſ.l.ad exactionem.et.l.fina.⁊.ſ̃.de pact.iuriſgentium.§.igitur.et ſ̃.de proba.cum de indebito. Item de tacita ſtipulatione ‡ ⁊ tacita hypotheca: vt.C.de rei vxo.actio.l.vnica.§.j.⁊.ij.lz al's ſtipulatio contrahatur vtroqꜫ loquente: vt j.de verbo.obligatio.l.j.in principio. Item quia in arbitriū alterius partis et quia incerta. ‡ vt C.de do.promiſ.l.iij.et ſ̃.de iure do.l.cum poſt.§.gener.cum al's non conferatur et certa quantitas contineatur: vt.C.de ꝯtrahen.empt.l.in vendentis: ⁊.j.de verbo.obliga.l.ita ſtipulatus. Item ad hoc.C.ad velleia.l.fi.⁊ communia de leg.aut.res.⁊.ſ̃.de iure do.quod auten. # et de ritu nup.qui liberos. In ſecundo/quia non poteſt fundus dotalis alienari.vt inſtitu.qui alie.non licet.in prin.qđ eſt contra regulam.inſtitu.de rerum diui.§.vendite. Item quia ꝯſtante matrimonio repetitur ex cauſa: vt.C.de iure dot.l.vbi.quod eſt contra id quod a principio ſenſerunt: vt.ſ̃.de iure do.l.j. Sed et primi temporis exempla ad ſecundum tempus poſſunt aptari: ſi dos conſtante matrimonio cōſtituatur quod fieri poteſt: vt.C.de donatio.ante nup.l.fina. In tertio prefertur alijs in perſonali et hypothecaria: vt.C.qui po.in pig.ha.l.aſſiduis. Item compenſatio non opponitur: vt.C.de rei vxo.actio.l.vnica.§.taceat. Sed argu.contra.j.eo.l.maritū.et propter hoc in verbo vbiqꜫ.ſub. # fere.⁊ hec exempla tertij etiā ad ſecūdū tēpus aptantur ſi tunc dos poſſit repeti. Sunt ⁊ alia exempla ad predicta que inuenire laborioſum eſt magis q̃ ſubtile.⁊ facit ad omnia.ſ̃.de iure do.l.in ambiguis.

# Sequūt̃ Bar.alexā. et Iaſ.
# Naturalis et legitimi ſecus ſi natural' tm̃ ſm Bar.
Iactare ſuū nemo preſumit.
✝ Cōcor.c.iij.in gl.ij.poſt me.in verſi.qz publice vtile ē.extra de do.na.inter vi.⁊ vxo.
✝ Etiam ſi filia dās dotē eēt muta ſm Bar.
✝ Cōcor.c.j.ij.⁊.iij.extra de dōa.inter virū ⁊ vxo.⁊ ƀ do.poſt diuor.reſt.bolog.
‡ Dic ꝙ in hoc non eſt ſpāle: quia dos certificat habito reſpectu ad perſonā ꝓmittētis: et eiꝰ cui ꝓmittit ſm bar.
# Dic ꝙ ibi nihil eſt ſpeciale: qz tacitū ſubintelligebat ab vtraqꜫ parte ſm Bar. ⁊ Iaſo.

f ¶ Ubiqꜫ. id eſt in omni caſu: vt dixi.vel dic in omni loco: vt.C.de tempo.in integ.reſti.l.fi.vel id eſt ſiue ex ſtipulatione ſiue non.

g ¶ Et reipublice intereſt.⁊ pro etiam.q.d.nō ſolum mulierum/ſed etiā reipublice: ✝ vt hic.⁊.ſ̃.de iure do.l.ij.⁊.j.de priuil.credi.l.ij.⁊ de dot. preleg.l.pater.in fi.⁊.ſ̃.de pact.do.l.ij.⁊ ſic eſt ratio primi dicti. Item not.ꝙ ratio priuate vtilitatis concordat hic cum ratione publice que etiam ſi diſcordent prefertur publica. ‡ vt.C.de cadu.tollen.l.vnica.§. finali. Item not. intereſſe hic propter liberas perſonas: et ſic eſt cōtra. ſ̃.de his qui deie.vel effu.l.j.§.ſed cum liber homo. Sed dic # hoc eſt ineſtimabile intereſſe: vt.j.de regu.iur.non eſt ſingulis.§.fina.⁊ ſic al's eſt ineſtimabile vt hic. al's eſtimabile: et tunc quandoqꜫ damnum tm̃ continet: vt.ſ̃.de actioni.empti.l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem. quandoqꜫ eſt in lucro: vt.ſ̃.de eo quod cer.loc.l.ij.§.fi.quandoqꜫ propter affectionem: vt.ſ̃.man.l.cum ſeruus. Quādoqꜫ propter inſtinctū nature: vt.ſ̃.de ſer.expor.l.ſeruus ea. Quandoqꜫ quia res fuit maiorū ſuorum: vt.ſ̃.de bo.liber.l.libertus qui ſoluendo.⁊.j.ſi quid in fraudez patro.l.j.§.et al's videamus.⁊.ſ̃.de mino.l.ſi in emptionez. quandoqꜫ qz vicina: vt.j.de lega.ij.l.ſi cui fundus.

# Iſta ſubauditio nō eſt neceſſaria ideo dic aſr ꝙ dos ē ſic ꝓuilegiata niſi ſeq̃retur aliquid turpe vl' qđ eſſet ꝯ ſpēm honeſtatis ſz bar.⁊ ia.
✝ Sc̄ Barto et iſta vtilitas reipub. apta eſt afferre ſuā vtilitatē in q̄libet particulari ſz bar. ⁊ Iaſ.
‡ Siue afferat ſuā vtilitatē in q̄libet particulari ſiue nō ſz bar.⁊ ia.

h ¶ Cum dotatas. ratio rationis.

i ¶ Ad ſobolem. id eſt ad nubēdum: ⁊ ſic pariendū: quod melius fiet # cum dote ⁊ ditiori. vt in aut.de equa.do.§.quia vero.col.vij.⁊.ſ̃.de iure do.l.ij.⁊ vt non repellatur a viro preſumptiue: vt in aut.de nupt.§. ſic itaqꜫ.ver.ſi quis enim.colla.iiij.

# Seq̄tur eam bar.
# Uerū tū eadē ꝓuilegia vēdicarēt ſibi locū in muliere ſterili. bar. alex.⁊ Iaſ.

k ¶ Liberis. legitimis. ad quod.C.de indic.vidu.l.ij.⁊ de bo.lib.l.fina. ſed et ſpurios quandoqꜫ habere expedit: vt.j.de decurio.l.generaliter. §.ſpurios.

✝ Adde gl.ſ.l.l.illud.j.ad le.aql.

l ¶ Ciuitatem. romanam per excellentiam: ⁊ per hoc imperium. Idem tamen in feminis extra romanam vrbem habitantibus cū eadē ſit ratio. argu.ſ̃.ad legem aquiliā.l.illud.⁊ facit.j.de ventre in poſ.mitten.l. j.§.⁊ generaliter.⁊.j.de bo.dā.l.fi.§.penul.

‡ Approbat̃ p Bar. ⁊ Iaſo.

m ¶ Maxime. id eſt valde. ✝

n ¶ Neceſſarium.i.vtile. ‡ ſic.ſ̃.de offi.prefec.preto.l.j.et facit ad id qđ no.C.de ſtudijs libera.ar.vr.ro.l.j.in fi.lib.xj.

SOluto. ¶Caſus. Lex iſta quattuor principaliter dicit. Primum dictum tale eſt. Titius contraxit matrimonium cum ſeia: et nomine dotis accepit decē: poſtea inter eos factū eſt diuortiū. certe mulieri dos reſtitui debet: ⁊ hoc vſqꜫ illuc: nec cogitur ꝛc. Secundum dictuz eſt tale. Pone ꝙ titius ꝯxit m̄rimonū cū ſeia. petit titius ꝙ ſeia ſoluat ſibi dotem quā promiſit. Dicit ſeia. Ego volo ꝙ tu promittas reſtituere dotem quā a me petis ſempronio extraneo. certe diſtinguit̃: qz ſi pa

ſurus eſt dānū maritus ſi ꝓmittat ſempꝛonio:⁊ de hoc timet iuſte: puta qꝛ veriſimile eſt eū dānum paſſurū ſi alij pꝛomittat: puta qꝛ iā deſiſt eſſe ſoluendo: vt eſt veriſil'e ꝙ deſinat ſoluendo eſſe: puta qꝛ res ſue ſunt in maris periculo. vel alio modo eſt veriſil'e ſi qđ dānum poſſet ſentire: Rñ. ꝙ vxori inq̄tum facere poſſet damnaret: ſʒ extraneo nō: non ergo

dos[a] debet mulieri. Nec cogitur[b] maritus alij eam ab initio ſtipulanti pꝛomittere: niſi hoc ei nihil noceat. Nam ſi incommodum aliquod maritus ſuſpectum[c] habet / non debere cum cogi alij q̄ȝ vxori pꝛomittere dicendum eſt: hoc[d] ſi ſui iuris[e] mulier eſt.

☞ Patris ⁊ filie communis eſt actio de dote pꝛofecticia/ nec pater in pꝛeiudicium filie poteſt petere vel delegare: ⁊ ſi contra fiat non liberatur maritus a filia quominus ipſa poſſit effecta ſui iuris maritū cōuenire: ⁊ econtra nō poteſt filia patri p̄iudicare: ſed ſibi ſoli ſic vt excludatur ab agēdo cum erit ſui iuris: durante patria poteſtate nō excluditur a ꝯſentiendo patri pꝛopter pactum ſuuʒ. hoc dicit vſqʒ ad. §. voluntatem. Alexan.

cogitur ſempꝛonio pꝛomittere al's ſic. ⁊ iſta vera ſunt quando mulier ſeia eſt ſui iuris. Et hoc ſcđm dictum pꝛotenditur vſqʒ illuc: ꝙ ſi in pr̄is ⁊c. Tertium dictuʒ eſt tale. Seja exiſtens in poteſtate patris dedit dotē ꝓfecticiaʒ titio marito ſuo. certe ſoluto mr̄imonio actio pꝛo illa dote cōpetens eſt cōmunis patris ⁊ filie: ⁊ pr̄ nō pōt repetere dictā dotem niſi volūtate filie. ergo ⁊ eodē modo ꝓmittēdum eſt per maritū de ſolutione dicte dotis faciēda. i. voluntate patris et filie: ⁊ ſi pater ſolus iuſſit ꝓmitti nō erit adempta filie ſui iuris poſtea effecte actio de dote: ⁊ ſi ſola filia iuſſit ꝓmitti integra manebit patri dotis actio: ⁊ eā nō intētabit ſolus imo adiuncta perſona filie: ſed ſi filia ſui iuris interim efficiatur nocebit ei quo ad repetendam dotem. iuſſus illius ſolius quem fecit marito vt alij extraneo dotē pꝛomitteret: ⁊ hoc vſqʒ illuc: voluntatem ⁊c. queritur cum dictū eſt tale. dictum eſt in verſiculo deniqʒ ⁊c. ꝙ pater non poteſt dotem repetere a marito ſine filie voluntate. certe voluntatem filie accipimus ſi non contradicat expꝛeſſe: verum ſi filia ſit furioſa videtur conſentire eo ꝙ pꝛopter dementiam cōtradicere non poteſt. vnum tñ requirit ꝙ filia ſciat pr̄em agere pꝛo dote repetenda ⁊ non ꝯtradicat. ſi eñ neſciret filia pater non audiret agendo niſi caueret marito ratum filiam habituram: ⁊ hoc eſt quod dicit Viuianus.

¶ Soluto. expone vt in rubꝛica dicitur.

a ¶ Dos debet. annua bima trima die olim: hodie + immobilia ſtatim mobilia intra annū: vt. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. exactio. ſed hoc fallit qñ culpa mulieris ‡ ſolutū eſt mr̄imonium: vt. j. eo. lucius. in fi. niſi ⁊ vir deliquerit: vt. j. e. l. cū mulier. in. j. ⁊. l. viro. Item fallit ſi pactuʒ eſt lucrande dotis interpoſitū: vt in auſ. de ſan. epiſ. §. ſi vō ꝯſtante. col. ix. ⁊ ad hoc etiā facit. C. eo. l. ſi ꝯſtante. niſi in caſu: vt. j. eo. ſi ab hoſtibus. §. fi. Itē fallit ſi aliud poteſt obijci mulieri. j. eodē. l. ſi mulier. ⁊. l. ſemel. Itē fallit ſi extraneus dedit: ⁊ pactus eſt ſibi reddi: vt. C. de rei vxo. ac. l. j. §. accedit. Itē fallit ſi eſt in poteſtate patris: vt. j. e. §. j. vel vt iſta nō obſtent dic mulieri. i. patri mulieris: vt oēm repetentem cōpꝛehendas. Item qđ dicit ſoluto: qñqʒ etiā ꝯſtante in caſibus tribus. Primus eſt j. e. ſi ꝯſtante. in pꝛin. # Scđs. ſ. de iure do. quēadmodū. # Terti⁹. C. de repu. l. j. Quartus ſi maritus dānet in metallū. nā non ſoluit hodie matrimoniū: vt in auſ. de nup. §. qđ autē. col. iiij. ⁊ tñ dos repetitur: vt j. eo. ſi marito. his autē caſibus cogitur. ſ. reddere dotē ꝯſtante matrimonio. Sunt ⁊ alij qñ pōt ⁊ valet reſtitutio: vt. j. eo. l. q̄uis. ⁊. l. ſequē. al's ſi reddat vir nō liberat: niſi q̄tenus illa eſſet locupletioꝛ: ⁊ ſic habet inſtar donationis: vt. C. ſi dos conſtan. matrimo. l. j.

b ¶ Nec cogitur. dixit qñ ſolu. matri. dos repetatur: nunc qñ dos datur viro a muliere. nā non cogitur alij pꝛomittere ſi patitur incōmodū. vel ſm quoſdā etiā ſi ab extraneo deť nō cogiť extraneo ꝓmittere in datiōe dotis: quod non placet. + vt. C. de rei vxo. act. l. j. §. accedit. ⁊. ſ. de pac. do. cuʒ dos. vel dic loqui ‡ eo caſu quo. ſ. ſ. matrimo. ſolu. ⁊ dicit de ſatiſda. q̄ eſt. j. eo. ſi ꝯſtante. §. quotiens. ⁊. §. ſi vxoꝛ. illa ergo dʒ fieri mulieri que dotē dʒ repetere nō alij ſi eſt incōmodū viro: vel etiā ſi extraneus dedit ⁊ pactus fuit non debet ei ſatiſdari a viro ſi eſt incōmodū. i. laboꝛioſum inuenire fideiuſſoꝛē: cū actio ei cōpetens eſt ſtricti iuris. # vt. ſ. de ꝯdi. cau. da. cā non ſe. l. dedi. ſed mulieri eſt bone fidei: vt inſti. de act. §. fuerat. ⁊ ſic ei cauendū eſt: vt hic. ⁊. ſ. de iudi. l. in oībus. ⁊ pōt pꝛimo dixi dic ab initio. ſ. date dotis: ſiue ante matrimoniū ſiue eo conſtante: pōt dixi. Scđo dic ab initio. ſ. ſol. ma. Itē dic ſtipulanti. i. ſtipulari volenti. vt. j. de ver. obli. l. ſi ſtipulatus. Itē ꝙ dicit noceat expone ſm pꝛimū. i. nocere poſſit. ſic. j. de ſtatulibe. l. labeo. ⁊. j. ſubijcit.

c ¶ Suſpectum habet ⁊c. Sed in quo poteſt nocere: Reſpon. ſi ſit rixoſus. # vt. ſ. de pig. act. l. ſi ſeruos. ⁊ de vſur. l. ſi bene. vel potentioꝛ. + vt ſ. de alie. iudi. l. iij. vel ſi mulier ſtipulāti donat in caſu ſol. ma. ille aget ad ſolidum: ‡ ſed mulier ageret inquātum facere poſſet: vt. j. de re iudi. l. neſennius. Item non poterit # aliqđ viro vxoꝛ relinquere in moꝛte: vt. ſ. de pac. do. l. cum maritus §. fi. Sed quō creditur fieri paup: vt. j. qui ⁊ a qui. l. iulianus: Rñ. # quia iam foꝛte erat non ſoluendo. Vel eſt

+ Appꝛobaſ p Bar. areti. ⁊ iaſ. ‡ Pura ꝓpter adulterium q̄ caſu nō ſolūmō ꝑdit dotē/ imo etiā bona parafernalia. ē glo. ſingu. in. c. plerūqʒ extra de dōa. inter virū ⁊ vxo. ſʒ Iaſ. # Ille caſ⁹ nō meretur dici fallentialis: qꝛ in caſu illi⁹. l. dos ſēp ſuſtinet onera mr̄imonij. bar. ⁊ Iaſ. # Caſus illi⁹ legis nō eſt fallētialis ad hanc qꝛ ibi dos repetiť per ꝯdi. ob cām ⁊ per actionē de dote. Bar. ⁊ Iaſ. + Et bene Bar. alexā. ⁊ Iaſ. ‡ Quelibʒ lectura plʒ bar. ⁊ Iaſ. # Repꝛobatur p bar. in l. de diuiſione. et. l. ſi cōſtāte. in p̄n. j. eo. # Iſtō exēplū glo. placet bar. are. ⁊ Iaſ. + Plʒ bar. ⁊ Iaſ. hic. ‡ Si fuit ꝓmiſſa certa quātitas ſi tus ſi finiť dos ſʒ bar. # Iſtō exēplū d ſplicʒ bar. b. ⁊ iaſ. # Sequuntur eā Bar. Bal. Imo. alex. ⁊ Iaſ.

veriſimile ꝙ erit: qꝛ res ſue in loco periculoſo ſunt: vel ſubiacent vſuris vel ruinis: ⁊ nō poteſt de ſuis vendere. ⁊ hoc dicit ſuſpectū ⁊c. Itē no. ꝙ ſi nihil nocet cogitur etiam alij pꝛomittere: vt hic. ad quod facit. ſ. de rei vendi. l. in fundo. ⁊ ſic eſt contra. C. de actio. ⁊ oblig. l. ſicut. Sol. hic ſpeciale. + vel occaſione dotis pꝛeambule incidit in ſecundā neceſſitatem. Item contra. C. de nouatio. l. j. Solu. vt ibi. Item quomodo cogitur: Reſpon. ſm pmū caſum pir retentioneʒ vt vel mulieri vel extraneo pꝛomittatur. ſic. ſ. de pigno. act. l. ſi neceſſarias. §. ſi pignoꝛi. ⁊ ſic cauſatiue non pꝛeciſe. actio autē ad hoc non eſt neceſſaria vel officiuʒ iudicis: quod eſſet ſi iam ſoluiſſet: nam tunc mulieri cogitur reddere: vt dicta. l. in omnibus. ⁊ inſtitu. de ſatiſda. tuto. §. penul. etiam ſi dicat ſibi ſuſpectum incommodum: niſi dicat pactū factum lucrande dotis. Sed ad quid cauetur cuʒ habeat actioneʒ ex ſtipulatu: Reſpō. ‡ vt habeat inſtrumentum ⁊ pꝛobationes: vt. d. l. in omnibus. Item facit. j. de ſolu. l. paulus reſpondet. ⁊ ſ. de euic. l. in creditoꝛe. Itē ad verbum ſuſpectū facit. C. de iudi. l. apertiſſimi. ⁊. j. ad trebel. l. qꝛ. ij.

¶ Quod ſi in patris poteſtate eſt: et dos ab eo pꝛofecta ſit[f]: ipſius et filie dos eſt[g]. Deniqʒ pater non aliter q̄ȝ ex voluntate filie[h] † petere dotem: nec per ſe nec per pꝛocuratoꝛeʒ poteſt. Sic ergo[i] et pꝛomittendū Sabi. ait. ei ergo[k] pꝛomittendum erit cui vterqʒ iuſſerit. Ceterum ſi pater ſolus iuſſerit[l] dotis actio filie non erit adempta[m]: quandoqʒ[n] ſui[o] iuris filia fuerit facta. Item ſi voluntate ſolius filie pꝛomittatur[p]: remanebit dotis actio integra patri. Sed vtrum vt et agat ſolus[q]: an et vt adiuncta[r] quoqʒ filie perſona experiri poſſit. Et puto nec

d ¶ Hoc. ſ. ꝙ ſolui debeat ei. vt in pꝛin. l. vel etiam vt ſibi vel alij ea volēte pꝛomittatur: ⁊ ſic ad pꝛoximum.

e ¶ Sui iuris. ſ. moꝛte vel emancipatione: vt. C. de rei vxo. actio. l. j. §. videamus. ⁊. §. et hoc. Accurſius.

f ¶ Pꝛofecta ſit. No. duo neceſſaria # ad hoc ꝙ actio ſit cōis. ſ. ꝙ ꝓfecticia ſit dos: ⁊ ꝙ in poteſtate ſit filia. ⁊ eſt ꝓfecticia. vt. ſ. de iur. do. l. pꝛofecticia. in aduenticia ſola filia agit: # vt hic. ⁊. C. de coll. auſ. quod locum. ⁊ ei agenti pater debet conſentire. + vt. C. de bo. que libe. l. fi. §. j. ⁊ eſt pꝛecipuū in dote ſm hec iura vt aliquid iuris habeat filia: cum oīa patri querant: vt inſti. per quas pſo. no. acq. §. j. Itē quid ſi pꝛo emancipata filia pater dat dotē: Rñ. ſm Ir. idem ac ſi eſſet in poteſtate. arg. ſ. de iure do. l. ꝓfecticia. §. penul. ⁊ ar. j. e. l. filie. ⁊. l. ſi ab hoſtibus. C. de rei vxo. act. l. j. §. accedit. ṽſi. extraneū. ⁊ intellige in extraneo alio a patre vel aſcendente per patrē. Alij idem qđ Ir. ſm hec iura. Sed hodie coꝛrigitur per. d. ṽſi. extraneū: ſcʒ vt nō ſit pꝛofecticia ſed ſoli filie emācipate cōpetat repetitio. vel ſm Ioā. dic ‡ etiam hodie exigi hec duo ad hoc vt habeat locum quod hic dicit. ſ. actionē eſſe cōmunē. Nec ob. illa l. ꝓfecticia. §. penulti. qꝛ verū eſt ꝓfecticiam eſſe: vt ibi. non tamē vere: vt hic. nec ob. j. eod. filie. vt ibi dices. Additio. Ibi pater ſtipulať ſibi dotem reddi ſm Bar.

g ¶ Dos eſt. id eſt actio # de dote. vt. j. l. pꝛoxi. dices. ⁊ dic # ꝙ hanc ſocietatem ſeu cōmunionem incidentem īducit paterna pietas: ⁊ eius officij cura ne ſepius eā dotare cogatur: ſi ſine eius voluntate dotis actio filie concedatur.

h ¶ Deniqʒ filie. vt ⁊. C. de nup. l. ſi vt pꝛoponis. ij. + ⁊ niſi pater ſit ſtipulatus incontinenti. vt. j. eodem quotiens. ⁊ facit. C. eodem. l. ij. et. l. filie. ⁊. j. l. ij.

i ¶ Sic ergo. i. voluntate filie. ⁊ eſt arg. ſicut nō exigit pater ſine filia/ ſic nec ſtipulatur nec facit alium ſtipulari.

k ¶ Ei ergo. ſcʒ extraneo. vel etiam patri.

l ¶ Solus iuſſerit. ⁊ pꝛomiſſio eſt ſecuta. Accurſius.

m ¶ Adempta. niſi pr̄i ſit heres ± vel tñ in legato ꝑceperit a pr̄e quāta eſt dos: vt. j. eo. l. ſi cum dotem. ſ. ſi pater. ⁊ lʒ in redditione loquať ille §. ſi pater. idem in pꝛomiſſione cū eadem ſit equitas: vt. C. ad leg. falci. l. fi. ⁊. ſ. de calū. l. j. in fi. ⁊. l. ſeq.

n ¶ Quandoqʒ. id eſt quandocunqʒ.

o ¶ Sui iuris. moꝛte. # vel emācipatione. vt. C. de rei vxo. act. l. j. §. videamus. interim ergo dū durat patria poteſtas tutus eſt vir: qꝛ cuʒ ſolus pater habeat exercitiū repellitur ſi veniat ꝯtra factū ſuū. Sed pone ꝙ pater exegit ſine filia ⁊ pauper factus eſt: ita ꝙ denuo eā dotare non pōt. vt. C. de rei vxo. act. auſ. ſed q̄uis. an filia virum cōueniat dum eſt in poteſtate: Hic innuit ꝙ non. Sed reſpon. ſic. arg. ſ. de eo per quem fac. erit. l. fi. ⁊. j. ad trebel. l. imperatoꝛ. Additio Dic ꝙ iſta reſpōſio eſt bona ſm Bar. ⁊ Ia. pꝛocedit tamen iſta glo. niſi dos fuiſſet legitime ſoluta patri: qꝛ tunc ſecus ſm Pau.

p ¶ Pꝛomittatur. extraneo. vt nec ſibi nec patri teneatur maritus.

q ¶ Solus. quando ſuo tantum.

r ¶ Adiūcta. id eſt nomine ſuo ⁊ filie. Additio Repꝛobať qꝛ dʒ dicere adiuncta perſona filie conſentiente filia. ex mente Areti. ⁊ Iaſo.

Amiſſam.

